

003 808, Kapitel (9)





1769

**T A B V L A**  
**LEGVM, STATVTORVM,**  
**E D I C T O R V M**  
AC  
**FORMVLAE IVRISIVRANDI**  
CIVIVM ACADEMIAE JENENSIS.

## SUMMA LEGVM ACADEMICARVM



**Q**VVM nemo laudem boni ciui in academia possit tenere, nisi partes officiorum, quae per leges diuinas omnibus sunt praescripta, studiose implaret, *primum* singuli, qui apud nos studis nomen dederunt, pietatem erga Deum priuatam ac publice, celebrando rite dies sacros ac festos, exercendo: *deinde* modeftiae atque integratit, quae alii debetur, studento: aquitatem in contractibus colunto, et fidem pactorum pie inuiolateque feruanto: conuiciis, calumniis, vellicacionibus, et iniuria omni penitus abstinentio: sium cuique locum et honorem tribuunto: praecipue vero Rectori ac Professoribus obedientiam, honorem ac gratum animum praefianto; erga peregrinos vero modeftie ac tranquille se gerunto: *tum* officiorum quoque erga se iplos memores, litteris, propter quas discedens missi sunt in academiam, constantem diligeniam consecranto: temperate et sobrie agunto: commissationes compotationes fugiunt: nec conuicia sub discelsim, aut alia occasione insituento: castimoniam constanter feruanto: etiam in vestitu ac cultu grauitatem quandam prae se ferunto.

**II.** Ut sciat, qui ei vnde in academiam venerint, quotquot in ciuitatem nostram suci expertur, intra proximum ab aduentu suo triduum, nomen apud Rectorem singuli profector, albo publico inscribendum: seque bona fide fundatoribus academie fideles, rectori dicto audientes, legibus obtemperantes fore, nisi minores annis XVII, aut illustri familia ori sunt, iuranto. Qui fecus fecerit, haud toleretur in oppido, conuiciisque et habitaculum illi denegetur, ac si quid commiserit, eo grauius puniatur. Omnes ac singuli, in primis vero hisceditionibus subiecti, nisi docuerint, apios se studiis academicis iudicatos, non recipiantur.

**III.** Vtque aduentum profectus in studiis explorari, et que cuique doctrinae audieundae sint, iudicari queat: qui nondum alibi ritibus depositionis, quos vocant, initian, nec aliquo gradu academico ornati sunt, more maiorum, antequam in numerum ciuium studiosiorum recipientur, hoc ritu initientur, et a Professorum uno pluribus in eorum studia profectusque inquiratur. Qui vero iam initiatos se ferunt, idoneo de testimonio confirment. Id si fecerint, in concilio senatus causam dicere iubantur.

**IV.** Recens academiam ingredi, ad grauiora, sive theologiae, sive iurisprudentiae, medicinaeque artis studia, illotis manibus ruento: fed prius confilia Professorum philosophiae, qui profectus explorant, fecuti, philosophiae, linguis, historiae et aliusque litteris humanioribus, diligentem operam nauant, ac praecipue Professorum scholas, publicas in primis, frequentanto.

**V.** Nemo vefter mutando aliam personam induat, nec interdiu cubiculari tunica vestitus prodeat in publicum: qui fecus fecerit, grauiori poena, etiam si res ita ferat, proscriptionis academicae adficietur.

**VI.** Nemo veteranorum a iunioribus, vlo praetextu, compotationes, conuicia, pecuniam, seruitia, aut quidquam aliud exigito: nec verberibus, verbis, alias ratione eos exigitato. Neque nouitii horum aliquid admittant; aut alio, quam honesto, et qui veteranis in vlo est, vestiti vtantr, neque vla ratione penalismum, quem vocant, foueant subeantque. Delinquentes, nullo habito personarum discrimin'e, tanto grauius coercebuntur, quanto cum grauiore aliorum iniuria coniunctae fuerint istae agitationes. Qui hoc genus delicti vlo modo iuenerit, insperxerit, probauerit; et itidem, pro ratione delicti, merita poena adficietur.

**VII.** Omnes tumultuum occasiones vitanto, nec cuiusquam aedes oppugnanto; aut vim iis inferunto: nec in plateis, aut alibi turbas excitanto. Qui aliquid horum fecerit, pro delicti modo poena graui adficietur.

**VIII.** Clamores quoque et boatus illi barbarici, tam domi, quam in plateis et suburbis, diurnae item nocturnaeque discursationes, nec non vociferationes intemperituæ, quibus felicem amicis noctem graffatores precantur, penitus prohibita sunt. Cantica bacchea, et fescennina, aliasque compotationibus admodumata carmina neque in museis, neque locis in publicis concinere cuiquam liceat. In delinquentes carcere; aut ubi enormius peccauerint, saepius deprehensi fuerint, relegatione animaduertetur.

**IX.** Bombardas, aut scolopeta gestare, solis peregre profecturis; eadem vero intra oppidum, aut in suburbio diplodere, nemini prorsus fas esto. Gestantibus ea adimentur, mulctaque, aut poena carceris, diplodentibus relegatio irrogabitur. Quisque praeterea si, ex incuria, aut fraude mala nocuerit rebus, vel animalibus cuiusquam, pariterque, si quis canes aluerit noxios, et hi vel homini, vel alterius animali damnum dederit, de sarcinando isto aequo ac poena tenebitur.

**X.** Ferarum auiumque venatione et captura penitus abstineatur, quippe facinore, principum ac magistratum iura, illaque insignia prorsus, temerare: nemo quoque agros, hortos, vineasque depopuletur, nec olera quisquam, fructus, vias rapiat; sed iis penitus abstineat: qui id fecerit, seueri punietur, ad damnum infiper, quod dederit, resarcendum adgendus.

**XI.** In suburbis neque mufea, neque mensa coniuctus certus atque ordinarius conductantur; multo minus cuiquam fas esto, habitare in secessibus hortorum; lumina autem semper gestentur caute, nec maiora aedibus, nisi extincta, inferantur atque allidantr.



XII. Nemo in Sala flumine lauet, natetue: qui haud paruerit, praeter vitae periculum etiam magistratus animaduersioneerum incurrit.

XIII. Atque haec omnia non modo ipsi, qui a studiorum cultu nomen sibi inuenierunt, ne faciunt; sed nec famulis suis permittunt.

XIV. Frequens discedentium ex hac academia comitatus, ut periculi damnicem plenus, penitus intermittoit: tantum abest, vt fas nostris esse debeat, tubarum clangore augere pomparam, et, ad spectaculum turba conuocata, procedere per forum, virbisque itinera. Qui comites se praebeant, carcere, grauior vero abeuntes, et qui praeterea agmen ducunt clauduntur, poena coercebuntur.

XV. Nihil typis excudatur, nisi a Decano facultatis, aut Professore, cui censendi cuiusque scripti potestas est, visum ante, probatum et permisum fuerit.

## II.

### SVMMA EDICTORVM SERENISSIMORVM PRINCIPVM ET DECRETORVM SENATVS ACADEMICI.

#### I.

**N**VLLVS ciuium nostrorum, speciatim ob qualemcumque tantum offensionem, leuissimasque ob causas, saepe ludicas, posthabitis toti admonitionibus et animaduersiōnibus nostris lenioribus abusus, in posterum manum conferat cum altero: qui fecus fecerit, seu ipse provocauerit ad certamen, seu fuerit provocatus, a nostrorum societate publica statim arcebitur relegatione, aut alia, non minus graui, poena adficetur.

Legi interdictum academicum editum d. XXVI, Mart. A. O. R. MDCCCCXX.

II. Omnes turbas academicas, earumque occasiones, vitantur. Nec quisquam, vbi sedatio facta fuerit, ad istam alendam concurrere, milites, eosque, qui ad audaciam seditionis forum hominum coercendum sunt constituti, laedere, ludere, sermone infestari, aut alia ratione, quo minus sua obire possint munia, impedit debet, ne, si fecus fecerit, in carcerem ducatur, debita poena affigendus: quam in reum existat.

Legi serenissimi Principis aduersio concursationes et turbas academicas publicata d. VI. Nov. MDCCXV.

III. Nec quisquam ciuium nostrorum inducat animum, in campis, aut siluis aues ac feras scolpis, vel canibus persequi; ne, vbi contra fecerit, ex editio ducali a nemorium et venatoriae rei praefectis seruilitate excipiatur, et, si necessitas exigat, globis igneis petatur, etiam in custodiam traditus grauior adficatur poena:

Legi interdictum serenissimi Ducis Ienensis contra venationes ciuium, quod programmata MDCCXIX. publicatum fuit.

IV. Nationaliūm, academie pestem, conuentus, quos nationales vocant, senioris et subsenioris titulum, vel aliud quodvis, inter viuis patriae et provinciae ciues, obsequii, administrationis, gubernationis aut procuracionis genus et quicquid cum isto coniunctum est, omnes ciues ex animo exscentur, legibus, a seniore, subseniore aut alio tali facto et illegitimo ciuium praefide lati, obsequium haud praefent, nec quidquam meditentur, agantur vel patiantur, quod hanc pestem fouere possit ac fulcitate. Qui fecus fecerit, his grauiissimi exiliis poena a serenissimis nutritoribus est constituta.

Huc spēdant binac tabulae germaniae, altera a serenissimi academiae consistoribus d. XXIII, Iun. MDCCXXIV. altera d. XX. Maii MDCCXV. contra nationalismum publicatae.

V. Omnis confociatio, sive ordinis, sive aliud quodvis sodalitati nomen gerat, ex serenissimorum academiae huius consistoriorum voluntate criminis loco numeroque habetur, addita contra eos, qui tales ordines et sodalitates fouerint, inque easdem recipi se vel hic vel alibi, passouerint, grauiissima exiliis academicis poena; quae simul et in eos decreta est, qui ordinis quadam signo, qualcunque sit, ab aliis se distingunt, aut quidvis ad pestiferum eiusmodi confociationis genus tuendum conferuantur, et deinceps conferantur.

Huc referenda est lex serenissimorum academias consistoriorum, germanica lingua d. XIII. Febr. MDCCXLVII. ad valvas curiae nostrae promulgata.

VI. Abstineant ciues nostri non modo a leporum ac ferarum occidente: sed etiam quocunque scelorum machinarumque bellicarum, festis praecipue ac viiendiarum temporibus, vnu ac gestatione in ipso oppido atque furubris; in vineis vero etiam abutum pulneris accensi deudent: cuius interdicti contemtoribus animaduersiones feuerissimae atque a nullo delinquenter evitanda statutae sunt.

Legi interdictum contra busimodis turbas in urbe et vicis, sacris praeferim temporibus, factis, editum d. XI. Oct. MDCCXIV.

VII. Quicunque sive in urbis nostris itineribus; sive in iuis aliorumque conclauebus; sive in popinis; aut vicis; sive in locis atque temporibus crassis turbulentis, aut impio aliquid, sive clamando; sive cantando; sive ollas proliocendo; sive alis modis se haud decenter gerendo admiserint, eo, quo par est, rigore coearcent, carceris, relegationis atque existimationis suae periculum fui utique culpa in posterum adiutri:

Vide programma academicum contra tumultus nocturnos, editum d. XIII. Septembr. MDCCXI. et interdictum aduersus profanis in templis fastatores, factorum solemnium turbatores clamatores insuper ex cantores molesto.

VIII. Abutis et vnu quicunque verbi per se haud noxiū viruat! quatenus is cum vociferatione ac turba coniungitur, penitus ac in viuierum est prohibitus: et hospitibus quidem, choroque tumultanti praecentibus, vel ante ceteros se prosternentibus relegationis publicae; reliquis vero carceris, aut multe grauiissima poena decreta est. Nec dissimilem posthaec animaduersiōne incurrit, qui vel cornu venarico; vel tubo illo stentore, quem acutum vocant; vel tubae, aut lyrae etiam canru immodeo; vel dieictis aqua exoneratis vtenilibus, complisisque manibus; vel quibuscumque alias modis tranquillitatem nocturnam, immo quoque diurnam turbauerint:

Huc in rem existat programma academicum contra abutum vocalibz viuas d. XIII. Septembr. MDCCXVI.

IX. Qui aliorum nuptiis et coniuiciis ad suam lachitiam et audaciam abutuntur; seque in aedes ipsorum et conclaue ingerunt, patinasque et pocula impudenter exhausti; quin et choreis et lutes coniuarum cum rixis plerumque et contentiōnibus fese immiscant, a poenis haud immunes ac liberi erunt:

Vide interdictum senatus contra nupiarum coniuviorumque turbas d. XXVI. April. MDCCXII.

X. Seuera quoque poena illis decreta est, qui profano animo, terminata vix concione, et seruato-  
ris sanctissimi dapiibus in aula adhuc diuina administratis, in media templi area tectis plerumque capi-  
tibus atque gemitibus indecoris discurrent; aut auditores suis deambulationibus ac sermonibus tur-  
bant; aut in eisdibus sacris sub sellia, exclusis possessoribus, sibi vindicant:

*Lega interdictum academicum aduersus sacrorum solennitatis sursumores ac profanos in templis spatiatores, d. vi. Mart. MDCCVIII.*

XI. Qui temeraria militum provocacione et vexatione suam aliquorumque innocentium simil filium  
tem in discriben adducere, lapides gladiis ferire, ardentes faces iaculari; aut alia quacunque ratio-  
ne tranquillitatem et securitatem publicam laedere iustinent, societate nostra academicâ indigni  
indicabuntur:

*Exstat hanc in rem interdictum academicum publicatum d. vi. Nou. MDCCVIII.*

XII. In locandis et conducendis conclaibus ab utraque parte iustum atque aequum obseruan-  
dum est, siue quis huicmodi contractum suscipere; siue mutare velit, ne alteri damnum quoddam in-  
feratur. In his vitae partibus quid speciatim sit praefundam, monstrar

*Tabela harmonica fennas de locatione et conductione conclusionis et lectorum, et cetera, publicata d. xx. Mart. MDCXXV.*

XIII. Quirantam animi levitatem ostendunt, utrin hodo res suas pecunias coeo fortunae ca-  
sui committant, in hos graueri animaduertetur.

*Quia specia lex, fennas academicæ, lata d. x. Octob. MDCCLXVIII.*

XIV. Sancita porro lex est, qua cautum fuit, vtne adueniae litterati, qui ad hanc bonarum artium  
mercaturum confluent, vix dum ad urbem aut eius viciniam delati, a ciubus nostris, siue eiusdem cum  
illis patriæ sint, siue minus, excipiatur, eorum vehiculi comitum et sefatorum caterua cingantur:  
nouique musarum alumni simulatis veteranorum amicitiae officiis decipientur.

*Lex ista fennas est, d. v. Aprilis MDCCL.*

XV. Qui equo per urbem vehantur, fedare et sine vilo strepitu hoc faciant, caueantque, ne acrem  
scuticis verberant harumque crepitum forum, vicos et plateas virbis agasonum more compleant.

*Hinc pertinet lex fennas academicæ d. XXII. Novemb. MDCCLXXXII.*

XVI. Nequevero nobis omni togaram cubicularium vbi ciues nostri interdiu, dum in publicum  
prodeunt, debent abstinerre. Caueant quoque sibi ab indecoro illo herbae Nicotianæ ex fistulis et na-  
bulis visu, si in publico, in procerum aliquorumque spectatissimum virorum conspectu, verfantur.

*Contra hos postea fennas est editio fennas academicæ memorato, d. XXII. Novemb. MDCCLXXXIII.*

XVII. Ne debira denique laborum fueror mercedi defraudentur academiae huius doctores  
omnesque ii, qui iuuentutem bonis, honestis et liberalibus artibus instituunt, voluerunt serenissimi Sa-  
xonie duces, clementissimi confederatores huius academiae, vt auditores id, quoq; docentibus debent,  
statuto tempore soluant, neque ingratis mentis maculam inuri sibi patientur.

*Quae can in rem fanciis sunt comprehendantur serenissimorum Saxoniae Erustinae stirpis ducum legibes, d. XXXI. Maii,  
MDCCLXVIII, promulgata.*

XVIII. Pecunias ciuitum, anteponit illi, cuius sunt tantum, is, ad quem missae sunt, profiteri  
debet apud rectorem; qui secus fecerit, debitam poenam luet et obligatus tenebitur ad damnum re-  
stituendum quod pauci sunt creditores, ab altero fraudati.

*Secundum legem d. xx. April. MDCCLXVIII, publicatan.*

### III.

## FORMVLA IVRISIVRANDI, QVO IN CIVIVM NVMERVM RECIPIENDI FIDEM SVAM OBSTRINGVNT.

E G O N . N . I V R O

Primum, me Fundatoribus huius academie, Serenissimis Principibus, Ducibus Saxonie, ne-  
que ipsum, neque per alium vilio modo detrimentum allaturum.

Tum, in regenda disciplina me obtemperaturum huius academias legibus ac statutis, inspi-  
mis Serenissimorum eiusdem Nutritorum editis de anno MDCCLXVII, in duella fanciis; reue-  
rentiam quoque habiturum debitam Rectori magnifico et Professoribus.

Tertio, me adhibiturum diligenter in discendo dignam persona academica, et scholas mihi  
necessarias auditurum sedulo.

Quarto, iniuriam mihi factam consulto nec ipsum, nec per alium me vindicaturum; sed  
super illa imploraturum auxilium Rektoris.

Quinto, me non solum nationalismum, severissime prohibitum, sed etiam omne sodalitati genus,  
siue ordinis habeat nomen, siue aliud quidquam tale, ex animo exsecraturum, nil ad utramque hanc  
pestem fouendam collaturum, me nunquam cum eiusmodi siue nationis siue ordinis ciuitus sodaliti-  
bus, quamdiu in hac academia vixer, nec hic neque alibi confociaturum et coniuncturum, senioris  
aut sub senioris loco neminem, quisquis sit, aut quoconque est titulo ac nomine vtatur, habiturum, nul-  
lum ipsi obsequium praefitum, me ipsum nunquam vel illum inter meos et alios ciues praefidii, aut  
imperi, aut gubernationis genus suscepturn, sed potius leges serenissimorum nutritorum, contra na-  
tionalismum an. MDCCLXIV. et MDCCLXV. contra ordinum sodalitates MDCCLXVII. lata, sanctissi-  
me seruatorum.

Denique, si quid delinquerem; aut aliquid haberem controvrsiae cum alio, me acquiu-  
rum in sententia, quam Rector academie dixerit, quine præterea causam cognoscunt. ITA  
ME DEVVS ADIVVET!

Praefito iuramento anno 1769 d. XVIII. 8<sup>br</sup> fidem atque ob-  
sequium promisi, inque numerum studiorum Ienensis receptus est,

Christianus Fridericus Ernestus Warneck.  
Wernigerodanus.

D. Chr. Falck. Baldinger  
lit. Acad. Lectan

**ULB Halle**  
002 848 66X

3



1078



CLAVIUS LIBRARIAN ACADEMIAE JENENSIS

6

1769

TABVLA  
LEGVM, STATVTORVM,  
EDICTORVM

A C

MVLAE IVRISIVRANDI  
VIVM ACADEMIAE JENENSIS.

Farbkarte #13

